

www.e-rara.ch

M. T. Ciceronis Epistolarum volumen, earum quae familiares olim dictae, nunc rectius ad familiares appellantur

Cicero, Marcus Tullius

Augustae Munatianae, 1620

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-28569>

Ciceronis epistolarum ad Tironem. Liber XVI.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Acastus in portu. Multi erunt quibus rectè li-
 teras dare possis, qui ad me libenter perferant.
 Equidem Patras euntem neminem prætermi-
 tam. Ego omnem spem tui diligenter curandi
 in a Curio habeo. nihil potest illo fieri huma- a Attici ami-
 nius, nihil nostri amantius. ei te totum trade. cissimo: ep. 17.
 Malo te paulo post valentem, quàm statim im- lib. 13. & ad
 becillum videre. Cura igitur nihil aliud nisi vt Att. ep. 5. & 6.
 tu valeas: cætera ego curabo. Etiam atque lib. 8.
 etiam vale. Leucade proficiscens, v r i. id.
 Nouemb.

ARG. Scribit se aduersis ventis Corcyra teneri: hor-
 tatúrque Tironem vt se curet, nec nisi confirmatus na-
 uiget.

Hortatoria.

Tullius & Cicero s. D. Tironi suo. 2

S E P T I M V M iam diem Corcyræ teneba-
 mur, Quintus autem pater & filius Buthro-
 ti solliciti eramus de tua valetudine mirum in
 modum: nec mirabamur nihil à te literarum.
 Iis enim ventis istinc nauigatur, qui si essent,
 nos Corcyræ non a sederemus. cura igitur te, a Nihil agen-
 & confirma, & quum commodè & per valetu- tes sic Teren-
 dinem & per anni tempus, nauigare poteris, tius, Sedere
 ad nos amantissimos tui veni. Nemo nos amat, domi virgi-
 qui te non diligat. carus omnibus expectatus- nem tam
 que venies. Cura vt valeas etiam atque et- grandem.

iam Tiro noster. Vale. xv. Calend.

Nou. Corcyræ.

ARG. *Suum Tironis desiderium significat.*

Hortatoria.

Tullius, & Cicero meus, & frater, & fratris F. S. D. Tironi suo. 3

a Triumphum cogitabat: sed eum ne discordia civiles impedirent vereretur. id quod tuncis.

PAVLO facilius putavi posse me ferre desiderium tui, sed planè non fero. Et quanquàm magni ad *a* honorem nostrum interest, quamprimum ad urbem me venire: tamen peccasse mihi videor, qui à te discesserim. Sed quia tua voluntas ea videbatur esse, ut prorsus, nisi confirmato corpore, nolles nauigare: approbauituum consilium: neque nunc muto, si tu in eadem es sententia. Sin, postea quàm cibum cepisti, videris tibi me posse consequi: tuum consilium est. Marionem ad te eò misi, ut aut tecum ad me quamprimum veniret, aut, si tu morarerere, statim ad me rediret. Tu autem hoc tibi persuade, si commodo valetudinis tuæ fieri possit, nihil me malle quàm te esse mecum: sin intelliges opus esse, te Patris, conualescendicausa, paulum commorari, nihil me malle, quàm te valere. Si statim nauigas, nos Leucade consequere: sin te confirmare vis, & comites, & tempestates, & nauem idoneam ut habeas diligenter videbis. Vnum illud, mi Tiro, video (si me amas) ne te Marionis aduentus, & hã literæ moueant. Quod valetudini tuæ maximè conducet, si feceris, maximè optemperaris voluntati meæ. Hæc pro tuo *b* ingenio considera. Nos ita te desideramus, ut amemus: amor, ut valentem videamus, hortatur: desiderium, ut quamprimum illud igitur potius. Cura ergo.

b Ut tibi faciendum videbitur, ita facies.

pōtissimum vt valeas. de tuis c innumerabili- c *Epist. 90*
 bus in me officiis erit hoc gratissimum. III. non.
 Nou. Vale.

ARG. *Scribit de sua solitudine, suoq, ad Alyziam accessu: rogat vt valetudinem diligenter curet.*

Hortatoria.

Tullius s. D. Tironi suo. 4.

NON queo ad te nec lubet scribere, quo
 animo sim & affectus: tantum scribo, & ti- a *Quia sint 19*
 bi & mihi maximæ voluptati fore, si te firmum *sum.*
 quamprimum videro. Tertio die abs te ad Aly-
 ziam accesseramus. Is locus est citra Leuca-
 dem stadia CXX. Leucade aut teipsum, aut
 tuas literas à Marione putabam me acceptu-
 rum. Quantum me diligis, tantum fac vt va-
 leas, vel quantum te à me scis diligi. Nonis
 Nou. Alyzia.

ARG. *Rogat vt omni curâ valetudini seruiat.*

Hortatoria.

Tullius, & Cicero, & Q. Pater, & filius
 s. D. Tironi suo. 5

NOS apud Alyziam, ex quo loco tibi lite-
 ras antè dederamus; vnum diem commo-
 ratum sumus, quòd Quintus nos consecutus non
 erat. Is dies fuit non. Nou. inde ante lucem pro-
 ficifcentes, ante diem VII. id. Nou. has lite-
 ras dedimus. Tu, si nos omnes amas, & præci-
 pue me, magistrum tuum, cōfirma te. Ego valde:

suspensio animo expecto, primùm te scilicet, deinde Marionem cum tuis literis. Omnes cupimus, ego in primis, quam primum te videre, sed, mi Tiro, valentem. Quare nihil properaris. Satis quotidie videro, si valebis. vtilatibus tuis possum carere: te valere, tua causa primùm volo, tum mea, mi Tiro. Vale.

ARG. Ferè tota est hortatio ad curandam valetudinem.

Hortatoria.

Tullius Tironi suo s. d. & Cicero, &
Q. Pater, & Q. F.

VARIE sum affectus tuis literis: valde priore pagina perturbatus, paulum altera recreatus. Quare nunc quidem non dubito, quin, quoad planè valeas, te neque navigationi, neque viæ committas. Satis te maturè videro, si planè confirmatum videro. De medico & tu bene existimari scribis, & ego sic audio. Sed planè curationes eius non probo. Ius enim dandum tibi non fuit, quum *κακὸς ἰατρός* esses. Sed tamen & ad illum scripsi accurate, & ad Lysonem. Ad Curium verò, suauissimum hominem, & summi officij, summæque humanitatis, multa scripsi: in his, etiam vt, si tibi videretur, te ad se transferret. Lyso enim noster vereor ne negligentior sit: primùm, quia omnes Græci: deinde, quòd quum à me literas accepisset, mihi nullas remisit. Sed eum tu laudas. tu igitur quid faciendum sit, iudicabis. Illud, mi Tiro, te rogo, sumtui ne parcas vlla in re, quod

a Ep. 10. lib. 13.
& 1. & 9. huius
lib.

quod ad valetudinem opus sit. Scripsi ad Curium, quod dixisses, a daret. Medico ipsi puto aliquid dandum esse, quò sit studiosior. Innumerabilia tua sunt in me officia, domestica, forensia, urbana, prouincialia, in re priuata, in publica, in studiis, in literis nostris. Omnia videris, si, vt spero, te validum videro. Ego puto te bellissimè, si rectè erit, cum quæstore Messinio decursurum. Non inhumanus est, teque vt mihi visus est, diligit. Et quum valetudini tuæ diligentissimè consuleris, tum, mihi Tiro, consulto navigationi. Nulla in re iam te festinare volo. Nihil laboro nisi vt saluus sis. sic habero, mi Tiro, neminem esse qui me amet, quin idem te amet. & cum tua & mea maxime interest te valere, tum multis est curæ. Adhuc, dum mihi nullo loco deesse vis, nunquam te confirmare potuisti. Nunc te nihil impedit: omnia depone: corpori serui. Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo. Vale mi Tiro, vale, vale, & salue Lepta tibi salutem dicit, & omnes. Vale, VII. id. Nou. Leucade.

a Ep. 9 & ad Att. ep. 5. & 6. lib. 8.

b L. Messinio, de quo ep. 20. & 21. lib. 5. & ep. 26 lib. 13. Habuit & alteri quæstorem, C. Calium, de quo lib. 2 ep. ult.

ARG. Idem argumentum, vt Tyro valetudinem curet.

Hortatoria.

Tullius, & Cicero, & Q. Q.
s. D. Tironi.

TERTIAM ad te hanc epistolam scripsi eadem die, magis instituti mei tenendi causa, quia nactus eram cui darem, quàm quòd

haberem quid scriberem. Igitur illa: quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentia. Ad tua innumerabilia in me officia adde hoc, quod mihi erit gratissimum omnium. Quum valetudinis rationem, ut spero, habueris, habeto etiam navigationis. In Italiam euntibus omnibus ad me literas dabis, ut ego euntem Patras neminem praetermitto. Cura, cura te, mi Tiro. Quando non contigit ut simul nauigares, nihil est quod festines: nec quicquam cures, nisi ut valeas. Etiam atque etiam vale. VII. id. Nou.

Ad hoc pro-
montorium

Antonius ab
Augusto ma-
ritima pugna
victus est.

ARG. Etiam 2 Cicero significat, quanta cura sibi
Tironis valetudo sit.

Hortatoria.

Cicero s. D. Tironi.

8

MAGNAE nobis est solitudini valetudo tua. Nam tametsi qui veniunt, ἀκινδυνωτοῖσι, ἡσυχίᾳ δὲ nuntiant: tamen in magna consolatione ingens inest solitudo, si diutius à nobis absfuturus es, is cuius usum & suauitatem desiderando sentimus. Attamen, quam videre te tota cogitatione cupio, tamen te penitus rogo, ne te tam longae navigationi, & viae per hyemem, nisi bene firmum committas: neve nauiges, nisi exploratè, vix in ipsis tectis & oppidis frigus infirma valetudine vitatur, nedum in mari & via sit facile abesse ab iniuria temporis,

Hic versus
in Euripidis
tragædiis, qua
nunc extant,
non reperitur.
mustas nomi-
nant, qua defi-
derantur, A-
thenais &
Suidas.]

αὖτος δὲ λέπεισ' ἡσυχίᾳ πολεμώτων,
inquit Euripides. Cui tu quantum credas, ne-
scio;

scio: ego certè singulos eius versus singula testimonio puto. Effice (si me diligis) ut valeas, & ut ad nos firmus ac valens quamprimum venias. Amānos, & vale. Q. F. tibi salutem plurimam dicit.

ARG. *Navigacionis descriptio, & ad curandam valetudinem benevolentia plena cohortatio.*

Narratoria, & Hortatoria.

Tullius, & Cicero s. D. Tironi suo 9

NOS à te, ut scis, discessimus, ad IV. non. Nou. Leucadem venimus ad VIII. id. Non. ad VII. Actium. ibi propter tempestatem ad VI. id. morati sumus. inde ad V. id. Corcyram bellissimè nauigauimus. Corcyra fuimus vsque ad XVI. Calend. Decemb. tempestatibus retenti. Ad XV. Cal. à portu Corcyraeorum ad a a *De qua Plinius, & Strabo,*
Cassiopea stadia c. xx processimus. Ibi venti ventis sumus vsque ad IX. Calend. interea qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt. Nos eo die cœnati soluimus. Inde, austro lenissimo, cælo sereno, nocte illa, & die postero in Italiam ad Hydruntem ludibundi peruenimus: eodemque vento postridie (id erat ad VII. Calend. Decemb.) hora quarta Brundisium venimus. Eodemque tempore simul nobiscum in oppidum introiit Terentia, quæ te facit plurimi. Ad V. Cal. Decemb. seruus Cn. Plancij Brundisij tandem aliquid, datis id. Nou. quæ me molestia valde leuauerunt: utinam omnino libera essent. Sed tamen b b *Ep. 20. lib. 13.*

a *Ep. 20. lib. 13.*

b *Epist. 19. l. 13.
item 1. & 6.
huius libri.*

c *De pecunia
intellige, non
de honore: &
honorarium,
præmium ho-
noris causa da-
tum vide su-
prâ, ep. 6.*

d *Honesto, hic
non ad mores,
sed ad digni-
tatē refertur.*

a Asclapo medicus planè confirmat, propediem te valentem fore. Nunc quidem ego te hortor vt omnem diligentiam adhibeas ad conualescendum. Tuam prudentiam, temperantiam, amorem erga me noui. Scio te omnia facturum vt nobiscum quam primum sis: sed tamen ita velim, vt ne quid properes. Symphoniam b Lysonis velim vitasse, ne in quartam hebdomadam incideres. Sed quando pudori tuo maluisti obsequi, quàm valetudini, reliqua cura. Curio nisi vt medico c honos haberetur, & tibi daret quod opus esset: me, cui iussisset, curaturum. Equum & mulum Brundisij tibi reliqui. Romæ vereor ne ex Calend. Ian. magni tumultus sint. Nos agemus omnia modicè. Reliquum est vt te hoc rogem & te petam ne temerè nauiges. Solent nauitæ festinare, quæstus sui causa. Cautus sis, mi Tiro. Mare magnum & difficile tibi restat. Si poteris, cum Messinio: (cautè is solet nauigare) si minus, cum d honesto aliquo homine, cuius auctoritate nauicularius moueatur. In hoc omnem diligentiam si adhibueris, teque nobis incolumem præstiteris, omnia à te habebo. Etiam atque etiam noster Tiro vale. Medico, Curio, Lysoni de te scripsi diligentissimè. Vale, salue.

ARG. *Regat vt præter valetudinem nihil curet: addit de aduentu suo ad urbem, de statu reip. ciuilibus discordiis perturbato, de triumpho suo, de præfectura Campana.*

Hortatoria, & Narratoria.

Tul-

Tullius, & Cicero, Terentia, Tullia,
 Q. S. D. Tironi. 10.

ET SI opportunitatem operæ tuæ omnibus
 locis desidero, tamen non tam mea quàm
 tua causa doleo te non valere. Sed quando in
 qua tantam conuersa vis est morbi (sic enim
 scribit Curius) spero te diligentia adhibita, et
 iam a firmiorem fore. Modò fac, id quod hu-
 manitatis tuæ est, ne quid aliud cures hoc tem-
 pore, nisi vt quam commodissimè conualescas.
 Non ignoro quantum ex desiderio labores: sed
 erunt omnia facilia si valebis. Festinare te no-
 lo, ne nausæ molestiam suscipias æger, & peri-
 culosè hyeme nauiges. Ego ad urbem accessi
 pridie non. Ian. Obuiam mihi sic est proditum,
 vt nihil fieri potuerit honoratius. Sed incidi in
 ipsam flammam ciuilibus discordiæ, vel potius
 belli: cui quum cuperem mederi, & vt arbitror,
 possem, cupiditates *b* certorum hominum (nam
 ex vtraque parte sunt qui pugnare cupiant) im-
 pedimento mihi fuerunt. Omnino & ipse *c* Cæ-
 sar, amicus noster, minaces ad senatum & acer-
 bas literas miserat: & erat adhuc impudens,
 qui exercitum & prouinciam inuito senatu te-
 neret: & Curio meus illum incitabat. *c* Anto-
 nius quidem noster & Cassius nulla vi *d* ex-
 pulsi, ad Cæsarem cum Curione profecti erant,
 posteaquam senatus consulibus, prætoribus,
 tribunis pl. & nobis (qui proconsules sumus)
 negotium dederat vt curarem *e* ne quid resp.
 detrimenti caperet. Nunquam maiore in peri-
 culo ciuitas fuit, nunquam improbi ciues ha-
 buerunt paratorem ducem. Omnino ex hac

a Quia pitui-
 tam & melan-
 cholicum hu-
 morem quar-
 tana constat
 exsiccare. Gale-
 nus in 1. de ar-
 te curat. ad
 Glauconem.

b Ep. 1. lib. 4. &
 11. huius libri.

c Tribuni pl.
 Cæsaris comm.
 de bel. ciu. l. 1.

d pro Desotaro
e Quo uno ver-
 siculo summa
 in ciues pote-
 stas committe-
 batur Sallu-
 stius in Catil.
 & Cæsar. lib. 1.
 de bel. ciu. &
 Phil. 5.

*a Cruscellus, de
quo ep. 4. lib. 8.*

*b Aduersus
Casarem ep.
sequenti.*

quoque parte diligentissimè comparatur. Id fit autoritate & studio Pompeij nostri, qui Cæsarem serò cœpit timere. Nobis inter has turbas senatus tamen frequens flagitauit triumphum, sed *a* Lentulus COS quo maius suum beneficium faceret, simulatque expedisset quæ essent necessaria de rep. dixit se relaturum. Nos agimus nihil cupidè, eoque est nostra plaris autoritas. Italix regiones descriptæ sunt, quam quisque partem *b* tueretur. Nos Capuam sumimus. Hæc te scire volui. Tu etiam atque etiam cura vt valeas: literasque ad me mittas, quotiescunq; habebis cui des. Etiam atque etiam vale. Datum pridie id. Ian.

ARG. Deplorat statum reip. & initia bellorum ciuilium exponit: tum suam in Tironem beneuolentiam significat.

Narratoria, & monitoria.

Tullius s. D. Tironi suo.

14

lib Ep. 1. lib. 4.

QVO in discrimine versetur salus mea & bonorum omnium, atq; vniuersæ reip. ex eo scire potes, quòd domos nostras & patriam ipsam vel *a* diripiendam vel inflammandam reliquimus. In eum locum res deducta est, vt nisi quis deus vel casus aliquis subuenerit, salui esse nequeamus. Equidem, vt veni ad urbem, non destiti omnia & sentire & dicere & facere, quæ ad concordiam pertinerent: sed mirus inuaserat furor non solum improbos, sed etiam hos qui boni haberentur, vt pugnare cuperent, me clamante nihil esse bello ciuili miserius. Itaque quum Cæsar amen-

ementia quadam raperetur, & oblitus nominis atque honorum suorum, Ariminum, Pisaurum, Anconam, Arretium occupasset, urbem a reliquimus: quàm sapienter aut quàm fortiter nihil atinet disputare. Quo quidem in casu simus, vides. Feruntur omnino conditiones ab illo, vt Pompeius eat in Hispaniam: delectus qui sunt habiti, & præsidia nostra dimittantur: se vltiorem Galliam Domitio, b citeriorem Considio Noniano (his enim obtigerunt) traditurum: ad consûlatus petitionem se venturum: neque iam velle c absentis rationem habere sui: se præsentem trinundinum petiturum. Accepimus conditiones, sed ita vt remoueat præsidia ex iis locis quæ occupauit: vt sine metu de his ipsis conditionibus Romæ senatus haberi possit. Id ille si fecerit, spes est pacis, non honestæ, (leges enim imponuntur) sed quiduis est melius quàm sic esse vt sumus. sin autem ille suis conditionibus stare voluerit, bellum paratum est, eiusmodi tamen quod ille sustinere non possit, præsertim d quibus quæ antea ius Latij Pompeius Strabo consul dedisset, postea Cesar & adili & consul de comunicanda iis ciuitate laborauit. quod postremo dictator effecit. Suetonius.

Delectus enim magnos habebamus: putabamusque illum metuere, si ad urbem ire cœpisset, ne Gallias amitteret: quas ambas habet inimicissimas, præter d transpadanos. Ex Hispaniaque sex legiones & magna auxilia, Afranio & Petreo ducibus, habet à tergo. videtur, si insantet, posse opprimi, modò vt vrbe salua. Maximam autem plagam accepit, quod is qui summam autoritatem in illius

a Hoc saepe in Pompeio reprehendit in epist. ad Atticum.

b Pratoria igitur facta.
c Quod ei lege permissum erat, ipso Pompeio consule pugnante. ep. 5. lib. 6.

d Quibus quæ antea ius Latij Pompeius Strabo consul dedisset, postea Cesar & adili & consul de comunicanda iis ciuitate laborauit. quod postremo dictator effecit. Suetonius.

exercitu habebat, T. Labienus, socius sceleris esse noluit: reliquit illum, & nobiscum est: multique idem facturi esse dicuntur. Ego adhuc oræ maritimæ præsum à Formiis. Nullum inausus a negotium suscipere volui: quò plus apud illum meæ literæ cohortationesque ad pacem valeant. Sin autem erit bellum, video me castris & certis legionibus præfuturum. Habeo etiam illam molestiam, quòd Dolabella *b* noster apud Cæsarem est. Hæc tibi nota esse volui, quæ caute perturbent, & impediant valetudinem tuam: Ego A. Varroni, quem cum amantissimum mei cognoui, tum etiam valde tui studiosum, diligentissimè te commendavi: ut & valetudinis tuæ rationem haberet & navigationis, & totum te susciperet ac tueretur. Quem omnia facturum confido: recepit enim, & mecum loquutus est suavissimè. Tu quando eo tempore mecum esse non potuisti, quo ego maximè operam & fidelitatem desideravi tuam, caue festines, aut committas ut aut æger aut hyeme nauiges. Nunquam ego serò te venisse putabo, si saluus veneris. Adhuc neminem videram qui te postea vidisset quàm M. Volusius, à quo tuas literas accepi: quod non mirabar. Neque enim meas puto ad te literas tanta hyeme perferri. Sed da operam ut valeas: & si valebis, quum rectè nauigari poterit, tum nauiges. Cicero meus in Formiano erat, Terentia, & Tullia, Romæ. Cura ut valeas. *iv.* Cal. Febr. Capua.

ARG Narrat quàm periculosum sit Tironi post morbum in viam se dare: exigitq; solitam eius operam in studiis.

a Ad Att. ep.
10. lib. 7.

b Gener. ep. 16.
lib. 2.

Monitoria.

Tullius s. D. Tironi. 12

EGO verò cupio te ad me venire: sed viam timeo. Grauiſſimè ægrotasti: inedia & purgationibus & vi ipsius morbi consumtus es. Graues solent offensiones esse ex grauibus morbis, si qua culpa commissa est. Iam ad id biduum quod fueris in via, dum in Cumanum venis, accedent continuo ad reditum dies quinque. Ego in Formiano ad IIII. Cal. esse volo. Ibi te ut firmum offendam, mi Tiro, effice. Litterulæ meæ, siue nostræ, tui desiderio oblanguerunt. Hæc tamen epistola quam Acastus attulit, oculos paulum sustulerunt. Pompeius erat apud me quum hæc scribebam. Hilarè & libenter ei cupienti audire nostræ, dixi sine te omnia mea muta esse. Tu musis nostris para ut operas reddas. a Nostra ad diem dictam fient. Docui enim te, fides *ἔτυμον* quod haberet. Fac planè ut valeas: nos ad summum. Vale. XIV. Calend.

a Promissam
manumissionem
intelligit.
ep. 14.

ARG. Suam de Tironis valetudine sollicitudinem significat.

Monitoria.

Tullius s. D. Tironi. 13

ÆGYPTA ad me venit pridie id. Apri. is est: si mihi nuntiauit te planè febris carere, & bellè habere: tamen quod negauit te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit: & eò magis quod Hermia, quem eodem die venire oportuerat, non venerat. Incredibili sum sollicitudine de tua valetudine: qua si me liberaris, ego

*a Id est, manu-
mittam ep. 12.
& 12.*

te omni cura a liberabo. Plura scriberem, si iam putarem libenter te legere posse. Ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi tibi que conseruandum. Cura te etiam atque etiam diligenter. Vale.

Scripta iam epistola, Hermia venit. Accepi tuam epistolam vacillantibus literulis: nec mirum tam graui morbo. Ego ad te Aegyptam misi (quod nec inhumanus est, & te visus est mihi diligere) vt is tecum esset: & cum eo conualem, quo vterere. Iterum vale.

ARG. Tirone agrotante, literarum suauitate & fructu se carere dicit: cumq; rogat vt omnem curam ad conualefcendum adhibeat.

Hortatoria.

Tullius s. d. Tironi.

14.

ANDRICVS postridie ad me venit quam expectaram. itaque habui noctem plenam timoribus ac miseris. Tuis literis nihilo sum factus certior quomodo te haberes: sed tamen sum recreatus. Ego omni delectationi literisque omnibus careo: quas antè quam te videro, attingere non possum. *a* Medico mercedis, quantum poscet, promitti iubeto. Id scripsi ad *b* Mumium. Audio te animo angij, & medicum dicere ex eo te laborare. Si me diligis, excita ex somno tuas literas, humanitatemque, propter quam mihi es carissimus. Nunc opus est te animo valere, vt corpore possis. Id cum tua tum mea causa facias, a te peto. Acastum recine, quò commodius tibi mihi misretur. Conserua.

a Ascaloni.

ep. 12. lib. 13.

b Vide scholiū,

& ep. 17. lib. 13.

serua te mihi. Dies a promissorum adest: quam
 etiam b repræsentabo, si adueneris. Etiam at-
 que etiam vale. III. id. hora. III.

ARG. Hortatio ad morbum depellendum.

Hortatoria.

Tullius s. D. Tironi. 15

OMNIA à te data mihi putabo, si te valen-
 tem videro. Summa cura expectabam ad-
 uentum Menandri, quem ad te miseram Cura,
 si me diligis, ut valeas: & quum te bene confir-
 maris, ad nos venias. Vale. 1 v. id Apr.

ARG. Gratiar agit, & gratulatur de Tirone ma-
 numisso.

Quintus s. D. Marco fratri. 16

DE Tirone, mi Marce, ita te meumq; Ciceronem
 & meam Tulliolam, tuumq; filium videam, ut
 mihi gratissimum fecisti, quum eum a indignum illa a Indignum
 fortuna, nobis amicum quam seruum esse maluisti mihi qui seruiat.
 crede, tuus & illius literis perlectis, exsilii gaudio: & tibi
 & ago gratias & gratulor. Si enim mihi Statim fideli-
 tas est tanta voluptati: quanti esse in isto hac eadem
 bona debent, additis literis, sermonibus, humanitate,
 qua sunt his ipsi, commodu potiora? Amo te omnibus
 equidem maximis de causis, verum etiam propter hanc,
 b vel quod mihi sit, ut debuisti, nuntiasti. Te totum in
 literis vidi. Sabini pueris & promisi omnia & faciam.
 Vale.

ARG. Reprehendit Tironem, quia scripserat, Va-
 letudini fideliter inserviando: cumq; rogat ut omnino
 valetudini inserviat.

b Hoc etiam
 nomine. Sic lo-
 locus epist. 1.
 lib. 2. & 24.
 lib. 7.

Reprehensoria, & Hortatoria.

Tullius s. D. Tironi.

17

V I D E O quid agas. tuas quoque epistolas vis referam in volumina. Sed heus tu, qui *γενών* esse meorum scriptorum soles, vnde illud iam *ἀκρυρον*, Valetudini fideliter inseruendo? vnde in istum locum Fideliter venit? cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multæ. Nam & doctrina & domus & ars, & ager etiam fidelis dici potest: vt sit quomodo Theophrasto placet, a verecunda translatio. Sed hæc coram. Demetrius venit ad me. Quo quidē comitatu *ἀφωμίλησαι*: satis sis. Tu eum videlicet non potuisti videre. cras aderit: videbit igitur. nam ego hinc perendie manè cogito. Valetudo tua me valde sollicitat: sed inserui, & fac omnia. Tum te mecum esse, tum mihi cumulatissimè satisfacere putato. Cuspicio quòd operam dedisti, mihi gratum est. valde enim eius causa volo. Vale.

a Ut in suum locum verba immigrasse, non in alienū irruisse videantur. de erat. lib 3.

ARG. Scripserat Cicero in titulo epistola, Tullius Tullio Tironi quod Tiro omittendum rescripsit, ad inuidiam vitandam. De hoc aliūq, de rebus scripta est epistola.

Varia.

Tullius s. D. Tironi.

18

Q V I D igitur? non sic oportet? equidem cenfeo sic, addendum etiam suo. Sed, si placet, inuidia vitetur: quam quidem ego sæpe contemsi. Tibi *διαφύθησιν* gaudeo profuisse. Si verò etiam Tusculanum, dii boni quanto mihi illud erit

erit amabilius. Sed, si me amas: quod quidem aut facis aut perbellè simulas: quod tamen in modum procedit: sed, vt est, indulge valetudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi deseruis, seruisti non satis. Ea quid postulet non ignoras: *πέψιν, ἀλυπίαν, πείπαιτον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλίσσιαν κοιλίας.* Fac bellus reuertare. non modo te sed etiam Tusculanum nostrum plus amē. Paredrum excita vt hortum ipse conducat: sic a colitorem ipsum commouebis. Heluo nequissimus H. S. c I O: dabat, nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa. Iste nos tanta impensa derideat? calface hominem; vt ego M. Othonem: itaque abutor coronis. De b Crabra quid agatur, etsi nunc quidem etiam nimium est aquæ, tamen velim scire. Horologium mittam & libros, si erit sudum. Sed tu nullòsne tecum libellos? an pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. A. Ligurius, Cæfariis familiaris, mortuus est, bonus homo & nobis amicus. Te quando expectemus fac vt sciam. Cura te diligenter. Vale.

a Epist. 26.

b Aqua in agro Tusculano, de qua in oratione ultima in Rullum, & Frontinus. De aqua ductibus.

ARG: De literis, de Demetrio, de Aufidiano nomine.

Tullius s. D. Tironi. 19

EXPECTO tuas literas de multis rebus, te ipsum multo magis. Demetrium a redde nostrum, & aliud, si quid potes, boni. De Aufidiano nomine nihil te hortor: scio tibi curæ esse: sed confice. & si ob eam rem moraris, accipio causam: si te id non tenet, aduola. Literas tuas valde expecto. Vale.

a Epist. 32. lib. 7.

ARG. De valetudine curanda, de libris componendis, de olitore, de reditu Tironis.

Tullius s. D. Tironi.

20

a Epist. 11.

SOLICITAT (ita viuam) me tua, mi Tiro, valetudo: sed confido, si diligentiam quam instituisti, adhibueris, citò te firmum fore. Libros compone, indicem quum Metrodoro lubebit, quando eius arbitratu viuendum est. Cum a olitore, vt videtur. Tu potes calendis spectare gladiatores, postridie redire: & ita censeo. verum, vt videbitur. Cura te (si me amas) diligenter. Vale.

ARG. Propensionem animi, studiumq; ad virtutem significat: & de pradio emto gratulatur.

Responsoria, & Gratulatoria.

Cicero F. s. D. Tironi suo dulciss. 21

QUVM vehementer tabellarios expectarem quotidie, aliquando venerunt, post diem XL. & VI. quam à vobis discesserant: quorum mihi fuit aduentus optatissimus. Nam quum maximam cepissem latitiam ex humanissimi & carissimi patris epistola, tum verò iocundissima tua litera cumulum mihi gaudij attulerunt. Itaque me iam non pœnitebat, intercapedinem scribendi fecisse, sed potius letabar. Fructum enim magnam humanitatis tuæ capiebam ex silentio mearum literarum. vehementer igitur gaudeo te meam sine dubitatione accepisse excusationem. Gratos tibi operatōsque esse qui de me rumores asseruntur, non dubito, mi dulcissime Tiro: præstaboque & enitar ut in dies magis magisque hac nascens de me duplicetur opinio.

mio. Quare, quod polliceris te buccinato rem fore existi-
 mattonis mea, firmo id constantique animo facias li-
 cet. Tantum enim mihi dolorem cruciatumque attu-
 lerunt errata atatus mea, ut non solum animus a factis
 sed aures quoque a commemoratione abhorreant. Cuius
 te solitudinis & doloris participem fuisse, notum ex-
 ploratumque est mihi. Nec id mirum, nam cum omnia
 mea causa velles mihi successa, tum etiam tua. Socium
 enim te meorum commodorum semper esse volui. Quan-
 do igitur tum ex me doluisti, nunc ut duplicetur tuum
 ex me gaudium, prestabo. a Cratippo me scito non
 ut discipulum, sed, ut filium, esse coniunctissimum.
 Nam cum audio illum libenter, tum etiam eius pro-
 priam suauitatem vehementer amplector. Sum totos
 dies cum eo, noctisque saepe numero partem. exoro enim
 ut mecum quam sapissimè cœnet. Hac introducta con-
 suetudine, saepe insipientibus nobis & cœnantibus ob-
 ropit, sublatæque seueritate philosophia, humanissi-
 me nobiscum iocatur. Quare dæ operam ut hunc ta-
 lem, tam iocundum, tam excellentem virum videas
 quam primum. Nam quid ego de Bruttio dicam? quem
 nullo tempore à me patior discedere: cuius cum frugi-
 seueræque est vita, tum etiam iocundissima conui-
 ctio. Non est enim seiunctus iocus à philologia, & quo-
 tidiana συζητησες, huic ego locum in proximo condu-
 xi, & ut possim, ex meis angustiis illius suffento tenui-
 tatem. Præterea declamitare Gracæ apud Casium
 insitui: Latine autè apud Bruttium exerceri volo; ut or-
 familiaribus & quotidianis conuictoribus, quos se-
 cum Mitylenis Cratippus adduxit, hominibus & do-
 ctis & illi probatissimis. Multum etiam mecum est
 Epicrates, princeps Atheniensium, & Leonides, & ha-
 rum ceteri similes, τὸ πρὸ οὐνοῦ καὶ ἡμέρας τοῦδε De
 ἡ Gorgia aut quod mihi scribis, erat quidem ille in quo- b Plutarcho

a Epist. i. lib. 7. *ridiana declamatione utilis : sed omnia postposui, & dummodo preceptis patris parerem. διαρρηδω enim scripserat ut eum dimitterem statim. Tergiuersari nolui, ne mea nimia προσωδη suspicionem ei aliquam importaret. Deinde illud etiam mihi succurrebat, graue esse me de iudicio patris iudicare. Tuum tamen studium & consilium gratum acceptumque est mihi. Excusationem angustiarum tui temporis accipio. scio enim quam soleas esse occupatus: Emisse te pradium, vehementer gaudeo : feliciterq; tibi rem istam euenire cupio. Hoc **b** loco me tibi gratulari, noli mirari. eodem enim ferè loco tu quoque, emisse te, fecisti me certio- rem. Habes ubi deponenda tibi sint urbanitates. rusticus Romanus factus es. Quum ego mihi nunc ante oculos tuum io. undissimum conspectum propono, videor videre eumentè te rusticas res, cum villico loquentè, in Iacinia seruantè ex monsa secunda semina. Sed (quod ad rem pertinet) me tū tibi defuisse, aequè ac tu doleo. Sed noli dubitare, mi Tiro, quin te subleuaturus sim. **A** modo fortuna me: praesertim quum sciam, communem nobis emtum esse istum fundum. De mandatis quòd tibi **e** Poematorum cura fuit, est mihi gratum: sed peto à te ut quam celerimè mihi librarius mittatur, maxime quidem Grac- Gallio Crassius. **c** hypomnematis Tu velim in primis cures ut valeas, ut una συμφιλολογειν possimus. Antherum tibi commendo. Vale.*

b Locus enim gratulationis in principio literarum sollet esse.

e Poematorum cura fuit, est mihi gratum: sed peto à te ut quam celerimè mihi librarius mittatur, maxime quidem Grac- Gallio Crassius. **c** hypomnematis Tu velim in primis cures ut valeas, ut una συμφιλολογειν possimus. Antherum tibi commendo. Vale.

ARG Prima pars huius epistolæ est de valetudine curanda, reliqua variis de rebus.

Varia,

Tul.

Tullius s. d. Tironi suo. 22

SPERO ex tuis literis, tibi melius esse: cupio quidem certè. cui quidem rei omni ratione cura vt inferuias: & caue suspiceris, contra voluntatem meam te facere, quòd non sis mecum. Mecum es, si te curas. Quare malo te valetudini tuæ seruire quam meus oculis & auribus. Etsi enim & audio te & videbo libenter, tamen hoc multo erit, si valebis, iocundius. Ego hic cesso, quia ipse nihil scribo: lego autem libentissimè. Tu istic, siquid librarij mea manu non intelligent, monstrabis. vna omnino interpositio, difficilior est, quam ne ipse quidem facile a soleo, de quadrimo Catone. De triclinio cura, vt facis. Tertia aderit, modò ne Publius rogatus sit. Demetrius iste nunquam omnino Phalereus fuit, sed nunc planè Bilineus est. Ita que te do vicarium. tu eum obseruabis. Etsi, Veruntamen, De illis: nosti cætera. Sed tamen, si quem cum eo sermonem habueris, scribes ad me, vt mihi nascatur epistolæ argumentum, & vt tuas quam longissimas literas legam. Cura mi Tiro vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

a Subaudi intelligere. referatur enim ad verbum Intelligere vt.

ARG Hortatur vt professionem conficiat: scribitq; sibi esse in animo amicitiam Antonij conseruare.

Hortatoria.

Tullius s. d. Tironi. 23

TV verò confice professionem, si potes. et si hæc pecunia ex eo genere est vt professione non egeat. veruntamen Balbus ad me scripsit.

a Ep. 17. lib. 6.

b videtur esse
scripta post Ca-
sari mortem.
c Adagium,
Propius est ge-
nu quam ti-
bia. Id est, tua
potius, quam
mea, tibi cu-
randa. Theo-
crit. idyll 25.

tanta se epiphora oppressum, ut loqui non pos-
sit, Antonius de lege quid egerit. liceat modò
rufficari. Ad a Bithynicū scripsi. De Seruilio tu
videris, qui senectutem non cōtemnis. Et si Atti-
cus noster, quia quondā me commoueri πρὸς
νοῖς intellexit, idem semper putat, nec videt qui-
bus præsidiis philosophiæ septus sim. Et hercle;
quòd timidus ipse est, ἰσοπεποιῖς. Ego tamen
Antonij inueteratam sine vlla b offensione
amicitiam retinere sanè volo: scribamque ad
eum: sed non antè quàm te videro. Nec c tamen
te auoco à syngrapha. ἰσοκνήμις. Cras expe-
cto Leptam: etenim ad cuius rutam pulegio
mihi tui sermonis vtendum est. Vale.

ARG. Argumentum huius epistola est de ratio-
nibus.

Varia.

Tullius s. D. Tironi.

24

ET SI mane Harpalum miseram, tamen,
quum haberem cui rectè darem literas, etsi
noui nihil erat, iisdem de rebus volui ad te sa-
pius scribere: non quin considerem diligentia
ræ, sed rei me magnitudo mouebat. Mihi pro-
ra & puppis (ut Græcorum prouerbiū est)
fuit à me tui dimittendi, ut rationes nostras
explicares. Offilio & Aurelio utique satisfiat.
A a Flamma, si non potes omnem, partem ali-
quam velim extorqueas, in primisque ut expe-
dita sit pensio Cal. Ian. De atributione confi-
cies: de repræsentatione videbis. De domesti-
cis rebus hactenus. De publicis omnia mihi
serta, quid Octavius, quid Antonius: quæ
homi-

a Hic est Fla-
minius Flam-
ma, de quo in
epist. ad Att.

hominum opinio: quid futurum putes. Ego vix
teneor quin accurram. sed a literas tuas ex- a *Vide scholiam*
pecto. & scito Balbum tuum fuisse Aquini,
quum tibi est dictum, & postridie Hirtium. Pu-
to utrumque ad aquas. Sed quod egerint. Dola-
bella procuratores fac ut a admonerentur. Ap- b *De pecunia*
pellabis etiam Papiam. Vale. *mihî debita, ob*
do rem flia: 10
qua diuortium
fecerat.

ARG. Literas à Tirone quàm creberrimas re-
quitit.

Hortatoria.

Cicero F. s. D. Tironi suo. 25

ETSÌ iusta & idonea v'sta es excusatione intermis-
sionis literarum tuarum, tamen id ne sapius facias
rogo. Nam etsi de reip. rumoribus & nuntiis certior sis,
& de sua in me voluntate semper ad me perscribit pater:
tamen de qua minima re scripta à te ad me epi-
stola, semper fuit gratissima. Quare, quum in primis
tuas desiderem literas, noli committere ut excusatione
potius expleas officium scribendi, quàm assiduitate li-
terarum. Vale.

ARG. Suauiter Tironem accusat, quia literas non
miserat: rogâtque ut omnino etiam sine argumento
scribat.

Reprehenforia & Hortatoria.

Q. Cicero s. D. Tironi suo. 26

VERBERAVI te cogitationis tacito duntaxat
conuitio, quòd fasciculus alter ad me iam sine tuis
literis perlatus est. Non potes effugere huius culpa pœ-
nam te patrono. Marcus est adhibendus: isque diu &
multis lucubrationibus commendata oratione vide ut
probare possit te non peccasse. Planè te rogo, si quis

olim matrem nostram facere memini, qua lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliqua fuisse, qua furtim essent exiccata: sic tu, etiam si, quod scribas non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quas fuisse videaris. valde enim mihi semper & vera & dulcia tuis epistolis nuntiantur, Ama nos, & vale.

ARG. Inuehitur in consules designatos, Hirtium & Pansam. Benevolentiam suam, in Tironem significat.

Responsorio.

Q. Cicero s. d. Tironi suo. 27

MIRIFICAM mihi verberationem cessationis epistola dedisti. Nam qua parcius frater perscripserat, verecundia videlicet, & properatione, eam sine assentatione, ut erant, ad me scripsisti: & maxime de consulibus des. quos ego penitus novi libidinum & languorū effaminatissimi animi plenos. Qui nisi à gubernaculis recesserint, maximum ab uniuerso naufragio periculum est. Incredible est, qua ego a illos sine operis Gallorum Castris in aestiuū fecisse: quos ille b latro, nisi aliquid firmitus fuerit, societate vitiorum deliniet. Res est aut tribunitiis aut priuatis consiliis munienda. Nam isti duo vix sunt digni quibus alteri Cefenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. Te (ut dixi) c fero oculis. Ego vos ad IIII. Cal. videbo, tuosq; oculos, etiam si te veniens in medio foro videro, dissuauabor. Me ama.

Vale.

VER-

a Quā Caesaris essent legati.

b M. Antonius. epist. 15. lib. 10.

c Vniū diligo.